



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118642

§. 108. Initia Fuliensis Congregationis a Joanne Barriero erectæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

Sæcul. XVI.

S. CVIII.

A.C. 1577.

Initia Fulienfis Congregationis a Joanne Barriero erectæ.

*Thref. chron.
Et hift. de D.
Pierre de S.
Romuald
Fevilland t.
3. p. 679.*

Hoc anno die fecunda Maji Ordinis sancti Bernardi reformatio sub nomine Fulienfis Congregationis Beatiffimæ Virginis, & Sancti Bernardi de Pœnitentia fuum initium habuit, opitulante Joanne Barriero, qui Anno Domini millesimo quingentefimo quadragesimo quarto in Turrenensis Vice-Comitatus oppido Sancti Serii natus, Fulienfis Abbas in Riviensi Diœcefi erat. Hic anno Christi millesimo quingentefimo sexagesimo quinto accepta hujus beneficii poffeffione, ut ibidem ftudio- rum, quæ Burdegalæ, & Tholofæ inceperat, curriculum emetiretur, Lutetiam Parisiorum contendit, ad quam urbem adspirantis fortunæ beneficio comitabatur percelebrem Arnaldum Ofatum, qui ibidem Paulo Fuxienti Tolofano Archiepifcopo, ac pofttea Cardinali a fecretis erat: porro cum pio fuam Abbatiam emendandi, feque novæ reformationis primum executorem exhibendi propofito unice intentus effet, hinc jam a longo tempore nonnifi quædam legumina modico fale, atque aceto condita comedere, ab ipfo etiam pane, & vino abftinere, humique cubare affueverat.

verat, ac primo quidem plurimos ex
 senioribus hujus Abbatix Religiosis ex-
 periebatur, qui huic reformandi deside-
 rio obsistebant, illumque unaomnes de-
 ferebant, quinimo quatuor omnino præ-
 terlapsi sunt anni, quin vel ullum, qui
 vitam austeram ab eo adoptatam am-
 plecteretur, discipulum sibi conciliare
 posset: nec hic steterere adversantium
 molimina; quippe etiam apud genera-
 lia Cisterciensium comitia acculabatur,
 ubi tamen cum tanta animi demissione
 sese purgabat, ut divini auxilii uber-
 tas novo ejus Instituto aperte favere in-
 ciperet, quamvis illud nonnisi nono post
 anno confirmatum esset: interea Arnal-
 dus Offatus Joannem in suo hanc refor-
 mationem urgendi proposito confirma-
 bat, eidem dissuadens, ut in cujusdam
 sylvæ speluncis delitesceret, prout jam
 dudum animo constituerat.

§. CIX.

*Libellus supplex a Facultate Regi por-
 rectus contra Calvinistas.*

Cum Calvinistæ libertatem conscien-
 tiæ sibi indulgeri, ac suam sectam
 publice profitendi licentiam concedi,
 audacter postularent, horum temeritas
 Parisinam Universitatem animabat, ut
 die septima Septembris conventu apud
 Mathurinos habito deliberaret, an li-
 bello

*Argentre
 Collect. Jud.
 t. 2. p. 449.*